



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XVII. Albert von Beeren, Dechant, und Elisabeth Schönow, Domina des Kalands in Teltow, bekunden eine dieser Stiftung gemachte Schenkung in Teltow und Klein-Beeren, im Jahre 1400.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

XVII. Albert von Beeren, Dechant, und Elisabeth Schönow, Domina des Kalands in Teltow, befunden eine dieser Stiftung gemachte Schenkung in Teltow und Klein-Beeren, im Jahre 1400.

Nos Albertus de Berne, deo et ecclesie Brandenburgensis preposito et capitulo faventibus dechanus kalendarum fraternitatis in Teltow, et Elisabeth de Schoenow, kalendarum domina ibidem, hac pagina contestamur, quod discretis et honestis viris ac feminis kalendarum fratribus et fororibus devotis presentibus et futuris libera donatione et voluntate dedimus et appropriavimus, damus etiam et donantes solvimus jam presente devota universitate, sex sexaginta denariorum Brandenburgensium, et appropriamus in posterum, quod vixerimus, ex nostra curia in Teltow sita et ex villa Klyn Berne dicta duo frusta annuorum reddituum, videlicet unum chorum filiginis, viginti pullos et quatuor anseres obtinendos, qui redditus quotannis pridie kalendarum Novembris per procuratorem et notarium tollendi et percipiendi, kalendis autem ejusdem mensis ad devotam universitatem refocillandum et pauperes reficiendum infumendi decernuntur. In cujus donationis firmitatem hanc paginam nos una cum fratribus germanis propria manu subsignavimus. Testes sunt D. Paulus, legat. episc. et cappituli Brandenburgensis, Georgius Schwanebegk de Lichterfelde, Friede Britzke de Rühlsdorff, Henricus Hagke de Machnow, dom. Godescalcus parochus in Teltow, Stephanus Texter, plebanus Rühlsdorff, Ambrosius Haverlang, plebanus de Giesemersdorff cum ceteris kalendarum fratribus. Actum ut supra.

Albertus de Berne, Dechanus.

Fridericus de Berne,

Mathie filius.

David Kykebusch, Consul et procurator.

Jacobus Kykebusch, Notarius.

Elisabeth de Schoenow.

Mauritius de Schönow,

Joannis filius.

Aus von der Hagen's Beschreibung S. 46. 47. — eine mehr als verdächtige Urkunde.

XVIII. Bischof Stephan von Brandenburg bestätigt der Stadt Teltow eine Urkunde seines Vorgängers Dieterich, am 21. Oktober 1422.

Stephanus, misericordie divina Episcopus Brandenburgensis, Vniuersis et singulis prelatibus eorumque officialibus per et infra nostram dioecesim vbilibet constitutis Salutem in domino sempiternam. In presentia nostra constituti fideles nostri dilecti proconsules, Consules et communitas opidi nostri Teltow nobis quasdam litteras bone memorie Theoderici predecessoris nostri humiliter obtulerunt, petentes eas per nos auctoritate nostra confirmari. Nos igitur petitionem ipsorum rationi consonam attendentes ac ipsorum precibus graciose inclinati hujusmodi litteras, quarum tenor de verbo ad verbum subinfertur, ratificamus etc. (folgt die Urkunde No. XIII.) Has vero litteras